

\_Lettera\_N\_3701

Al papa Leone XIII

[S. Benigno Canavese], die 21 augusti an. 1882

Beatissime Pater,

Joannes Bosco Sacerdos as pedes Sanctitatis Tuae provolutus prò Salesiana Congregatione humillime exponit.

Haec pia Societas sub die 3 aprilis anno 1874 definitivam adprobationem a Sancta Sede consecuta est, atque nonnullis privilegiis et gratiis spiritualibus fuit ditata. Sed ut multae ut graves difficultates eliminarentur, communicatio privilegiorum cum aliis ecclesiasticis Congregationibus ad instar petita est.

Si vero Sanctitas Tua hujusmodi communicatio non ad instar sed speciatim aliqua tantum pemecessaria privilegia nostrae salesianae societati concedere judicaverit, supplex postulo, ut ea praeferre et concedere digneris, quae in folio adnexo sunt descripta.

Quod si perpendere non dedigneris multitudinem domorum religiosarum et alumnorum in variis et dissidis Europae et Americae regionibus, humiliter et instanter deprecor, ut in perpetuum haec privilegia concedantur.

Pro quo tanto beneficio Deo Optimo Maximo et Tibi, Beatissime Pater, ego et omnes socii salesiani gratias habebimus aeternas.

Humillimus filius

Joannes Bosco Sacerdos Rector